viduas z coniugatas. **Primo** sup om
nes virgines: z h; primo in puritate. quia
priorz virginitatem vouit z seruauit. **Se**
cundo in puritate quam post deum ma
iorem habuit inter omnes homines. qz
castitatem transfudit in alios homines
eam intuentes. **Tertio** in fecunditate.

quia virgo mater exiit. Que nec simi-
lem habere visa est. nec habere sequen-
tem. Ergo canit de ea in hymno. Vir-
go singularis. Item super viduas. Pri-
mo quia fuit in orationibus et deuotio-
ne feruentissima. Secundo in operibus
pietatis quo ad filium magis assidua.
Tercio in castitate magis pura. Item
super coniugatas: quia in ea fuit proles
dignior: immo ipsa est super angelos om-
nes et sanctos. Unde canitur de ea. ex-
altata est sancta dei genitrix super cho-
ros angelorum ad celestia regna. **¶**
¶ Item sciendum quod beata virgo est me-
rito benedicta super omnes mulieres. quia
quis fuerit pulcherrima mulierum: ta-
men a nullo potuit concupisci. et assigna-
tur tres rationes. Prima est: quia tali-
ter se habuit in omnibus factis et verbis
quod nulli dabat occasionem peccandi: sed
mouebat cor cuiuslibet ipsam intuentis
ad deuotionem propter eius laudabilem
vitam et bonum exemplum. quod dabat
et laudabiles mores quos habuit in om-
ni conuersatione sua. Sic adhuc virgi-
nes et mulieres deberent sergere exem-
plo marie. Secunda ratio propter luminis
claritatem que de eius facie exibat. que
homines in admirationem inducebat.
et ad laudandum deum de tam nobili
et pulchra creatura. Tertia ratio. quia
deus occultabat in ea omnia que pote-
rant esse in cuncta ad libidinem. Et
dedit illam gratiam omnibus intuenti-
bus. ut non inordinate mouerent. sed ad
bonum. quia eius puritas aliorum corda me-
dullitus penetrabat. et in eis omnes mor-
tiosos extinguere. Istam puritatem
non habuit beata agnes. nec beata kathe-
rina: nec sancta margareta. quia quis non
concupuerunt alios: tamen ab alijs fuerunt
concupiti. ut patet in legendis earum.
Quia earum puritas non erat tanta quod in-
tuentium corda penetraret. et illicitos mo-
tus in eis extingueret: sicut puritas bea-
te Marie faciebat. Ergo dicit bene/

dicta inter mulieres. **R** **¶** Sertus
pulegius est. quod ipsa protulit nobis benedictum
fructum vite. quod notat ibi. Benedictus fruc-
tus uentris tui. Iste fructus est iesus christus
filius dei qui nobis attulit benedictionem et re-
demptorem totum humani generis. Iste fru-
ctus benedictus debet a nobis. quia nos pule-
giauit per angelos. Primo humanam natu-
ram assumendo. ad Hebreos. ij. Nullus est
angelus apprehendit seminem abrahæ. Se-
cundo passionem et mortem pro nobis toleran-
do. prima Petri. ij. Christus pro nobis passus est.
Unde Esa. liij. Ipse enim vulneratus est propter
iniquitates nostras. Angeli peccauerunt
sicut et primi parentes. ipse autem non redemit
angelos sed homines sua amara passione et pro-
cioso sanguine. Apocalypsis. i. Lich. vi. Em-
piti estis pro cunctis magno: glorificate et porta-
te deum in corde uostro. **¶** Tercio quod omni ho-
ra paratus est nos recipere ad gratiam et nos
indulgere omnia peccata. Ezech. xviij. In qua
cumque hora peccator ingemuerit etc. quod an-
gelis non fecit nec faciet. quia nunquam misere-
bitur eorum. **¶** Quarto ministrando nobis
carnem suam in cibum. et sanguinem suum in
potum Joh. vi. Caro mea uere est cibus
et sanguis meus uere est potus. qui manduca-
cat meam etc. Angelis ei sufficit cum propter
plurimum quem nos sumimus in sacramentis.
¶ Quinto. quia in celo habebimus dupli-
cem uisionem et gloriam. quia cum angelis ui-
debimus oculis anime deitatem. et ultra hoc
oculis corporis uidebimus humanitates
christi. et cum hoc habebimus duplicem stolarum
glorie. quia glorificabimur in corpore et anime.
Sciendum quod in ultima clausula deside-
rare debemus illam benedictionem quam iesus
marie filius daturus est suis dilectis et ele-
ctis in nouissimo die cum dicit suis electis
illud Math. xxv. Venite benedicti patris
mei: percipite regnum. Exemplum de beata uir-
gine fuit in britannia iuuenis quidam nobilis
qui quibus seculo totus deditus esset. tamen
beate uirgini fuit deuotus in hoc quod ei sin-
gulis diebus quinque genas salutationes per-
soluit. Qui firmatus ad extrema perducitur
R 3

De symbolo

est. Cūq; diu iaculisset mortu⁹ reuixit. et mulieri assidēti sibi dixit. Cito voca sacerdotē. Sacerdos adest z corā oīb; cōfitef dicēs. Ego fui raptus ad tribunal xpi. z cū in trib; maxime accusarer a demonib;. z ferri deberet sn̄a s̄ me: p̄ssi/ma mī rogauit filiū suū vt ad corpus redirez locum penitētie suscepturus qđ et factum est. Unū de peccatis erat qđ de/ cimas ex agris meis z bonis nō cōplete dedi. Secūdū qđ pisces cuz socijs meis de religiosoz piscina cepiz comedi. Ter/ cū: n qđ segetes pauperū cū canib; venatic; z culcaui. Ad hoc rustici ab eo dā num passi dixerūt. Cur debuist; dñe p hīs dānari: cū vobis hoc puro corde dī miserimus. At illa vestra remissio n̄ sufficit mihi ad salutē. qz dītor eraz ad soluendū qđ vos ad relaxandū. hec dicēs: iussit damna restitui. z sic decessit. **S** Exemplū aliud de beata virgine. Fuit quidā vir nobilis: s; tyrannus totus erga suos z alienos vt oēs vindictaz peteret a deo de eo. z hūc trigit infirmari ad mortē. Qui aduocans ep̄m loci illius pure cōfessus est. a quo petiuit: vt sibi sanitatē apud deum impetraret. Quis ep̄s (qz bonus erat) obtinuit sibi sanitatem: p̄stīta tamē prius fide: qđ cetero neminē lederet. Quo z ualescere amplius in differenter oēs lesit. ita vt nō soluz ei: s; etiā ep̄o oēs maledicerēt. Post hoc iterū infirmatus est z oppressus igne sacro sicut prius adeo vt oīa eius membra arderēt. z de vita desperaret. Vocauit igitur ep̄m. p̄mittens satisfactionē de se/ de nō seruata: vt itez sanus fieret. qđ renuit recedens cū indignatiōe. Appropiante autem morte clamauit: z beatā virgīnem inuocauit. Et respiciēs in celū vidit in aere pendentem filiū dei oīpotentis in cruce. z matrem suam sibi astātem z orantem p se: At iesus ait. Vaf non possum facere. Ecce em̄ rursuz crucifixi me. z ostendit ei cicatrices sanguineas. Quo dyidēs peccator: igemuit ex

clamās voce magna. **O** bone iesu si te crucifixi peccatis meis: matrē tamen tuam semp honorauī. ieiunauerat em̄ omni sabbato ad honorē beate virgīs. Cū qz sic clamaret audiuit vocē iesu dicētis mī oranti. Ecce mater dedi eū tibi. z sanar⁹ est. Qui postmodū ablata restituit z vitā emēdauit z laudabili fine q̄euit

Incipit expositio

super symbolum apostolorum. **A**

gnis qui viuūt z credit in me nō morietur in eternū.

Joh. xi. Sciendū qđ fides frequēter est p̄dicanda fide lib;. z ab eis diligēter custo

dienda. qz est fundamentū oīs boni. Un̄ apls. Fundamentū aliud nemo p̄t ponere p̄ter illud qđ positū est. qđ est iesus xps. i. fides xpi. Aug⁹. Fides est bonorū fundamentū. fides est humane salutis inicitū. sine hac nemo ad filiorū dei numerū potest puenire. Hebreoz. xi. Impossibile est sine fide deo placē. Ergo vt deo placere possimus debem⁹ habere fidem rectam. integrā. z firmā. qz s̄m aplm ad Hebreos. x. Iustus ex fide viuūt. Un̄ etiā Chrysost. in tractatu de symbolo. Fides religionis catholice lumē est anime. ostium vite. fundamentum salutis eterne. Nos igitur de fide ecclesie sumus locuturi. Tunc sciendum qđ in symbolo apostolorū duodecim s̄ articuli s̄m numerū aploz a quibus cōpositum est. Nam duodecim apli congregati descripserūt duodecim articulos s̄ dei in p̄mo cōsilio. de quo habet actuz xv. Cuius p̄ma diffinitio fuit data per beatum Petrū. sed beatus paulus non habetur ibi qui tūc adhuc nō fuit elect⁹ in apostolū. Et p̄mus articulus p̄tinet ad patrem. z alij sex ad filiū. z quin; vl timi ad sp̄ritū sanctū. Pro quo notā dū qđ nullus hominum dubitare debet. s; quilibet ch̄stianus tenetur credere tri/

nitatem personarum. et unitatem eēntie diuine. Nec tamen curiosè scrutanda est beata trinitas. sed simpliciter credenda Bernardus. Scrutari hāc temeritas ē. credere pietas. nosse vita eterna

Hec autē beata trinitas multipliciter probatur. Primo per sacram scripturā. **U**n̄ d̄: Gen. i. Faciamus hominem ad hūmaginem et similitudinem nostram. hoc est verbum patris ad filium et spiritum sanctum. Faciamus em̄ signat pluralitatem personarum. hūmaginē in singulari signat unitatem eēntie. Item probatur per auctoritatem angelicam. **U**nde **E**saie vi. d̄: Sanctus sanctus sanctus dñs deus sabaoth. id est deus exercituum. plena est om̄is terra gloria ei⁹. Sic em̄ canit angeli in celo. dicūt em̄ ter sanctus sc̄is sc̄is: ad designandum trinitatem personarum. postmodū dñs deus. ad designandum unitatem eēntie. Item probatur per ap̄lm. i. **J**oh. v. Tres sunt q̄ testimoniū dant in celo. pater. verbum. et sp̄s sc̄is. et hi tres vnum sunt. **C**hr̄stus in euāgelio dicit. vt habet **M**atth. vltio. **B**aptisantes vos in noīe patris et filij. et sp̄s sancti. Item cognoscit̄ in creaturis: nō tamē plene cognosci potest in aliqua creatura. Primo cognoscitur in sole. **U**n̄ **A**ug⁹. dicit. Tria sunt in sole. sc̄z qđ est. i. substantia. qđ lucet. i. splendor. qđ calet. i. calor. **E**t calor p̄cedit a sole et a splendore. sic est de trinitate. q̄a sp̄s sanctus procedit a patre et filio. **I**tem in aqua. verbi gratia. **F**ons est p̄ se. riuulus fluit a fonte. stagnum generatur ab utroq̄. Item si speculuz ponitur in aquā clarā contra solem: tūc tres soles apparent. vnus in celo. et duo in radio. Sic inspicendo sacram scripturam inuenimus trinitatem personarum. et unitatem eēntie. Item magnitudo creaturarum et pulchritudo et utilitas creaturarum ad trinitatem p̄tinet: in magnitudine denotat̄ dei patris potentia. in pulchritudine dei filij sapientia. in utilitate

sp̄s sancti bonitas. **Q**ueritur circa p̄dicta. quare omnipotentia plus appropriatur patri q̄ filio vel sp̄s sancto. cum tamē sit vnus omnipotens **U**nde **A**nastasius. **O**m̄ipotens pater. om̄ipotens filius. om̄ipotēs sp̄s sanctus. et tamē nō tres omnipotētes. s̄ vnus omnipotens. **R**ūdeo fm̄ **A**ug⁹. de tri. **U**n̄ in creaturis solet notari defectus potentie. in patre p̄pter antiq̄tatem. **I**n filio solet notari ignorantia p̄pter iuuentutem et in experientiam **E**t nomē sp̄s sancti sonare solet vehemētiā **U**n̄ **E**sa. ij. **Q**uie scite ab homine cuius sp̄s in naribus eius **E**t ne puteſ similiter esse in diuinis sicut in creaturis. **P**atri nō solū attribuitur potentia sed omnipotentia. ne videatur senior. **E**t ob hoc d̄ in symbolo. credo in deum patre omnipotentem **E**t filio attribuitur nō solū sapientia. sed etiā om̄is sapientia et scientia. ne videat̄ minor et minus sc̄is aut minus expertus. **S**p̄s sancto attribuit̄ bonitas: ne puteſ crudelis aut vehemēs. **U**n̄ ps̄. **S**p̄s tuus bonus deducet me in terrā rectam. **E**ccl̄. xxij. **S**p̄s meus sup̄ mel dulcis

De primo articulo fidei **C**

Redo in deum patrem om̄ipotentem creatorem celi et terre **I**stū primum articulum ponit beatus

Petrus apostolus. in quo cōtinētur distincte tres credite veritates. **Q**uarum prima est de diuina unitate cū d̄ **C**redo in deum in singulari et nō in plurali. **S**econdā de diuina om̄ipotentia cum d̄. **p**atrem omnipotentem **T**ertia de mundi creatōe cum dicit. creatorem celi et terre. **C**redo in deum. **C**irca quod notandū qđ est differentia inter credere in deo. et credere deum. et credere in deum. **S**ecundū magnitudinem sentētiarum li. iij. dist. xxij. quod dicit. **C**redere deo est credere vera esse q̄ loquitur deus. quod etiam mali faciunt. et nos credimus homini. sed nō in homine **C**redere deū est credere qđ ipse sit deus. qđ etiam multi faciūt. quia fm̄

De symbolo

Jacobū. Demones credūt z tremiscūt
Credere in deū est credēdo deum ama-
re p affectum. z credēdo in eum ire. scz p
bonum opus. z credēdo ei adherē quā-
tum ad tolerantiam mali. z credendo xpi
mēbris incorporari quantū ad dilectōem
p̄ximi. Patres omnipotentē: hoc est val-
de dulce verbū homini fideli. Magna
em spes datur homini in xpo illo. Pa-
tri em nunq̄ potest deesse bona volun-
tas ad filios: p̄cipue cum ipse s̄m apo-
stolū est pater misericordiarū. Et s̄m di-
ctū Esaiē. xlix. Minus obliuiscit filio-
rum suoz q̄ mater carnalis. Sic em ait
Nūquid potest mater obliuiscit infantē
suum vt nō misereatur filio vteri sui. Et
si ip̄a oblita fuerit ego tamen nō obliu-
iscar tui: in manibz meis descripsi te. Lū-
aut̄ oipotēs sit nō pōt ei deesse p̄stas
nō implendo bonam volūtatē quam
habet ad filios. Cōtra hoc verbū vidē-
tur peccare qui derelinquūt deum p̄ in-
iustiarum rerum acq̄sitiōem. z adherent
diabolo nō restituendo res iniustas: cre-
dentes se famemori si deo p̄sidenter ser-
uierent. Vidēt em credere q̄ diabolus
melioris volūtatē vel potestatis sit ad
p̄uidendū eis qui sibi seruiūt q̄ deus.
Quomodo ergo et cū quali fiducia di-
cūt tales in symbolo. Credo in deū pa-
trem omnipotentē creatorē celī z terre.
id est s̄m Aug⁹. creatorē omnīū rerum
visibilīū z invisibilīū. **D** **C** Scē-
dum circa hoc. q̄ deus creauit triplicē
naturam. s. pure spūalem vt āgelos. pu-
re corporale vt elemēta. celū. terram. la-
pides. ligna. z sic de alijs. Et creaturā
p̄tim spūalem z partim corporalem. vt
hoīem: cuius aīa est creatura spūalis.
corpus vero est creatura corpalis. No-
ta d̄ntiam inter creare z facere. Creare
est ex nihilo aliquid facere. z hoc est im-
possibile s̄m Aresto. qui dicit p̄mo d̄ ge-
neratōe z corruptōe. Ex nihilo nihil fit
Et p̄pterea Aresto. viij. phisicorum dī-
cit mundum ab eterno fuisse. sed a deo

creatum. **V**n̄ Gen. i. In principio crea-
uit deus celum z terram. Scz facere est
ex aliquo aliquid facere. Et creare soluz
pertinet ad deum. Contra hunc articu-
lū sunt manichei. qui dicunt visibilia eē
creata a p̄ncipe tenebrarū. inuisibilia ve-
ro a deo. Que heresis ē odilis deo z ho-
minibz: Deo. quia talis heresis deo su-
um dominū diminuit: dū visibilia eius
dominio subtrahit. Hoībus. qz contu-
meliam eis facit dum eos ex parte ex qua
visibiles sunt diabolo attribuit. immo
talis heresis dehonēstā omēs visibiles
creaturas dum eas dicit a diabolo esse
creatas. **E** **C** Ex consideratōe illi-
us articuli homo dirigitur ad tria. P̄-
mo ad gratiarū actōes. quia ex quo de⁹
est creator omnīū creaturarum: certū
est quicqd sumus vel habem⁹ a deo ha-
bemus. i. **L**horinth. iij. Quid habes
quod nō accepisti. p̄s. Domini est terra
et plenitudo eius. Sed ex quo omnia a
deo habem⁹: tū merito tenemur ei gra-
tiarū actōes reddere referre. p̄s. Quid
retribuam domino p̄ omnibus que re-
tribuit mihi. **L**husoft. in sermone quo-
dam. Liberalissimus est deus. Quan-
ta tibi largitus est ad sustentatōes: quā-
ta ad eruditōem. quanta ad correctōes.
quanta etiā ad delectatōem. Et hec
omnia gratis dedit. **S**ecundo induci-
mur ad bene vtendū rebus creatis. Nā
creaturis debem⁹ vt̄ ad hoc ad qd cre-
ate sunt. Sunt autem create ad duo.
P̄mo ad gloriā dei. Prouerbiorū. xi
Vniuersa p̄pter seipsum. i. ad gloriā su-
am operatus est deus. Secundo crea-
te sunt ad vtilitatem hominis. Debe-
mus ergo vt̄ creatoris ad honorē dei z
vtilitatem pp̄riā. Sed heu plures sunt
q̄ nō regratiant deo de creaturis suis. i
mo sepius abutuntur donis dei. **V**n̄
Aug⁹. de ciuitate dei. Quisq̄s bñficia
dei non videt cecus est. nec laudat i gra-
tus est. quisq̄s in laudando reluctatur
insanus est. Scienduz etiā q̄ illi mul-

tum se timere dñi q̄ maleverunt creatur̄
 z donis dei. qz de his districtā redditu
 ri sūt rōem. **Uñ** **Chriso.** sup **Mat.** In
 die illo nihil ē. qd̄ rñdeam? vbi celū et
 fra z aq̄ sol et luna dies z noctes z mū/
 dus tor? stabit aduersus nos in testimo
 niū peccatorū nostrorū. Et si omnia tace/
 rent: tamē ip̄e cogitationes nostrez ipsa
 opa specialit̄ stabūt añ oculos nros ac
 culantes nos añ deū. **Dicere** ap̄lo. Co
 gitationib; inuicē accusantium. **Tertio**
 inducimur ex isto articulo ad cognitōez
 humane dignitatis: qz deus oēs creatu
 ras creauit pp̄t̄ hoīez z subiecit eas ho/
 mini. **Sen. i.** Dominamini piscib; mar̄
 p̄s. **Oia** subiecasti sub pedib; ei? **Est**
 hō tāte dignitatis q̄ debet p̄esse om/
 nib; creaturis z subesse deo.

De scdo articulo.

In iesum ch̄m filium ei? vni
 cum dñm nrm. **Istum** secundū
 articulū descripsit **Iohes** ap̄ls
 etiā euāgelista. **Qui** post dictū b̄ti **Pe**
 tri ap̄li a diunxit. z in ihm xpm. zc. **Et**
 quidē cōuenienter illi? articuli descriptio
 fuit sibi data: cui maiestas verbī in cena
 fuit reuelata. vt p̄sonam filij explicaēt in
 secūdo articulo fidei xp̄iane. **Qui** postea
 dixit in euā. qd̄ scripsit **In** principio ēat
 verbū. z verbū zc. **Et** notandū q̄ b̄tis
Iohannes in illo articulo p̄mo dicit ie/
 sum qui interpretat̄ saluator. p̄ h̄ designa
 tur q̄ ip̄e est q̄ vult oēs homies saluari.
Scdo dicit xpm. per hoc designat̄ q̄ n̄
 solū est saluator. s̄ etiam magister. quia
 ch̄s interpretat̄ vinctus. z vinctio docet v̄
 omnib;. **¶** **Pro** quo sciēdū q̄ ma/
 gister noster christus docz nos p̄mo hu
 militatem contra superbā dicens **Mat**
xi. **Discite** a me: qz mitis sum z humilis
 corde **Aug?** de verbis dñi. sermone. xi.
Discite a me inquit dñs nō mūdū crea/
 re: nō visibilia z inuisibilia cūcta creare:
 nō in isto mūdo mirabilia facere v̄l mor
 tuos suscitare. sed qz mitis suz z hūilis
 corde. **Secūdo** docet nos dilectionem

inimicorum contra inuidiam. **Matth**
v. **Diligite** inimicos vestros: benefacite
 his qui vos oderunt z orate pro p̄sequē/
 tibus z calumniātib; vos: vt sitis fi/
 lij patris vestri qui in celis est. **Tertio**
 docet nos orare z intenta oratione orare
 z hoc est contra somnolentiā. **Matth.**
xxvi. **Vigilate** z orate. ne intretis i tem
 pratorēz. **Aug?** **Oratio** tua locutio est
 ad deum. **Quādo** legis: deus tibi loq̄/
 tur. quādo oras cum deo loqueris **Aug**
g? in s̄mone. **Oratio** orātis est subsidi/
 um: deo sacrificium. demonibus autez
 flagellum. **Quarto** docet temporalia
 relinquere contra auariciā. **Luce. i4.**
Nisi quis renunciauerit omnibus que
 possidet: non potest meus esse discipul?
Beda sup verba predicta. **Discat** iquā
 renunciare omnib; z relinquere omnia
 quia renunciare conuenit omnib; q̄ ita
 licitevrunt mundanis que possident. et
 cum mente tendunt ad et̄na. **Relique**
 re est tātmmodo p̄fectorum qui z omnia
 tp̄alia postponunt. z solis et̄nis inhīat.
Quinto docet operari opa bona z me/
 ritoria contra accidiā. **Iohis. x.** **Op̄ea**
 mini dum dies est. quia venit nox q̄ndo
 nemo operari potest. **Bern.** de conside
 ratione **Si** labor te terret merces iuitet
Unusquisq; em̄ s̄m suum pp̄rium labo
 rem mercedem accipiet. **Leo** papa in q̄
 dā s̄mone. **Non** dormiētibus regnum
 celorum puenit: nec ocio nec desidia tor
 pentibus beatitudo et̄nitatis repromit
 tit. **Sexto** docet tribulatoēs z aduersi/
 sitates patienter sufferre. **Matth. v.** **Si**
 quis te p̄cussit in ynā zc. **Item** **Luce**
xxi. **In** patricia vestra possidebitis ani/
 mas vestras. **Breg?** super euā. **Lū** au
 dieritis p̄relia. **Patientia** est aliena ma
 la equanimit̄ perpeti. contra eū quoq;
 qui mala irrogat nullo dolore moueri.
Septimo docet omnes peccatores pe/
 nitentiā agere. **Dicit** **Mat.** **Nisi** peni
 tentiam egeritis. **Augustin?** de verbis
 domini sermone. **4i.** **Tempus** quo nō

De symbolo

penitemus vertitur nobis in iudicium
tota enim vita est temp⁹ penitendi ¶ **S**e
quitur filius eius vnica. **U**bi debem⁹ cre
dere quod christus est vnigenitus et verus fi
lius dei. et quod fuit cum patre eternaliter. et
quod est alia persona a patre. et quod est vni⁹ na
turus substantie cum patre. ¶ **S**equitur
dominum nostrum. **U**bi sciendum quod libent⁹ de
bemus eum habere. per dominum. **P**rimo: quod est no
bilis. **L**u. i. Altissimi filii⁹ ps. Magn⁹
dominus et laudabilis nimis. et magnitu
dinis eius non est finis. **S**ecundo. quia
mansuetus: ergo agn⁹ nominat. **J**ohis
p. vbi dicit. **J**oannes baptista **E**cce ag
nus dei. **E**saie. 53. **T**anquam ouis coram
tondente se obmutescit. **T**ertio quod fortis
ad protegendum et liberandum nos a malo ps
De⁹ p⁹ector vite mee a quo trepidabo.
Quarto: quod nos creauit. ps. **I**pe fecit
nos: et non ipsi nos. **I**nsup nos redemit
propter sanguinem suo. **A**p⁹ls. **E**mpti estis pro
cio magno. **Q**uinto. quod larg⁹ est ad remu
nerandum seruos suos. **A**ug⁹. libro. 22
de ciuitate dei. **I**pe deus erit finis desi
deriorum nostrorum quod sine fine videbit sine
fastidio amabitur. sine fatigatioe lauda
bit. **I**tem **A**ug⁹. in eodem libro. **Q**uod de
s preparauit diligentibus se: fide non capit. spe
non attingit. charitate non comprehendit
desideria et vota transgredit. acquiri potest
mari non potest.

¶ De decimo articulo.

Ubi conceptus est de spiritu sancto natus
ex maria virgine. **H**ic articulum
ponit **J**acobus maior frat⁹ **J**o
annis qui fuerunt filij zebedei **I**n quo ar
ticulo ponit duas distinctas veritates:
Primam de christi conceptioe: cum dicit. qui
conceptus est de spiritu sancto. **S**ecundam de
eius benedicta natiuitate: cum subdit. natus
ex **M**aria virgine. **U**bi sciendum est quod non so
lum necessarium est christiano credere fili
um dei: sed etiam necessarium est credere
eius incarnationem per quam nobis visibili
lis apparuit. **B**aruch. iij. **P**ost hec in
frisis visus est. et cum hominibus conuersatus est.

¶ **Q**uerit quomodo incarnatio christi facta
sit. **R**espondet quod postquam angelus **B**abri
el fuit missus ad virginem mariam. vt ha
bet **L**u. i. **E**t maria credidit et consen
sit: tunc spiritus sanctus superuenit in eam. et eam
sanctificauit et fecundauit et formauit in in
stanti de purissimo sanguine virginis ma
rie (vult alij dicit de purissimis humo
ribus eius) corpus christi. et in eodem instans
ti in quo formatum est corpus creaturae et anima
ex nihilo. et in eodem instanti coniun
cta est corpori organizato **E**t illa duo cor
pus et anima simul mox fuerunt deitati vni
ta in dei filij persona. **I**tem sciendum est in **H**en
rici de firmaria quod tota trinitas illam in
carnationem operata est. quod opera trinitatis
ad extra sunt indiuisa. **N**am ibi fuit po
tertia patris: quod statim corpus formauit
et animam creauit. et illa duo diuinitati vni
uit in illo momento cum dixit. **E**cce an
cilla domini. hoc non potuit facere potentia
alicuius creature. quod ois creatura in sua
operacione requirit diem vt moueatur ab or
iente in occidentem: luna ad complemen
tum sui cursus requirit mensem. sol inte
grum annum. homo in determinato tem
pore formatur in vtero matris. **I**n con
ceptione autem christi operata est potentia pa
tris. quod in instanti conceptio completa fu
it. **I**tem operata est ibi sapientia filij. quia
ibi corpus suum optime disposuit et omnia
membra decenter ornauit. ps. **S**peciosus
forma pro filijs hominum. **I**tem operata est
gratia spiritus sancti qui conceptionem illam
mundam ab omni peccato reddidit **Q**uod
non est factus in aliquo puro homine. **L**icet
enim aliqui nati sunt sine peccato et sanctifi
cati in vtero matris. **S**icut beata virgo
maria **J**oannes baptista. hieremias. tamen
in peccato originali sunt concepti. et in ro
nem seminale descendunt ab **A**dam.
Christus autem non solum natus sed etiam
conceptus fuit sine peccato. **A**ug⁹. **S**oli
us redemptoris est esse sine peccato **H**ec
Hen. d. fir. sup. symboli ¶ **¶** **Q**uerit

Tresceptio xpi poti⁹ attribuit spūs sancto:
 Respondeo fm Henri. d firma. q̄ intē
 tio denoiat opationem. Christus autē
 hac intentione carnē assumpsit vt misē
 ris z afflictis subueniret. Et q̄ bonitas
 z misēdia attribuitur spūs sancto: ideo d
 spūs sancto conceptus est. hec ille Itē dī
 citur de spūs sancto cōceptus. vt p hoc ex
 eludant corpales admixtiones. Vñ ca
 nitur. Non ex virili semine. sed mystico
 spiramine: Itē sciēdum q̄ q̄uis tota tri
 nitas operata sit incarnationem: solus
 tamē filius est incarnatus. vt dic̄ bea⁹
 Aug⁹: il. d fide ad petz Et be⁹ aug⁹
 ponit tale exēplū Si tres puelle tenerēt
 vnā tunicam: z illam vna ex illis induer
 retur: tūc illa indutio fieret a trib⁹ puel
 lis. z vna illarū eaz sola indueretur. z ali
 us doctor ponit tale exemplū. Si tres
 scz petr⁹. iohannes. andreas simul agēt
 rubricādo andrea: rubricatio andree fie
 ret ab his trib⁹ simul: attamen solus an
 dreas rubricaretur. ¶ Itē Sequit̄.
 Nat⁹ ex Maria v̄gīe. Virgo maria v̄
 go pcepit. virgo pepit. z post p̄tuz virgo
 p̄mansit. Querit̄ quare xps nar⁹ sit de
 virgine. Respondeo fm Hen. d firma
 ria. Triplex est status humane nature
 scz iugal. vidualis. virginalis. prim⁹
 bonus. secūdus melior. tercia⁹ optimus
 Quicq̄d autē cōoptimū deo attribuitur.
 ideo cōueniens fuit vt de virgine nasce
 retur. Et in hoc etiam ostendit christus
 excellentiam status virginitatis. Aug⁹
 Vñus sancte virginitis partus omnīū
 sanctarum virgīnū est decus. Secūdo
 fm alium doctore. Sicut p eam virgi
 nem facta est perditio: sic eōuerso p ma
 riam virginem debuit fieri reparatio.
 Vñ canitur Paradisi porta per eam
 clausa est. z per Mariā virginem
 itēz patefacta est. igit. zc. Tertio vt vē
 tas p̄phetie adimpleret. Esai. 7. Ecce
 virgo concipiet z pariet filiū Sciēdum
 etiā q̄ circa hūc articulū origenes erra
 uit qui dixit: q̄ christ⁹ ad hoc natus est

z ad hoc venit. vt non soluz saluaret ho
 mines: sed etiā demones i fine mūdi. H
 aut est contradictū christi. Barth. xrv
 Tre maledicti in ignē eternū qui para
 tus est diabolo z angelis eius Ad remo
 uendum hunc errorem patres sancti ad
 diderūt in symbolo qd canit̄ in missa.
 Qui p̄t nos hoies z p̄t n̄ram salutē
 z non p̄t demones.

De quarto articulo.

Affixus sub pontio pylato: cruci
 fixus mortuus et sepultus Itē
 articulū fm Henricū de firma.

posuit beatus andreas. Quī quidē arti
 culus necessarius est ad salutē Nā sicut
 debemus credere incarnationem filij:
 ita necessariū est credere passionē z mor
 tem eius. Or fm Gregorū. Nichil nob
 nasci p̄fuit: nisi redemi p̄fuisset. In q̄
 dem articulo beatus andreas describit
 quatuor creditas v̄itates. Prima est d̄ xpi
 passione put christus anteq̄ fuit cruci
 fixus passus est. scz flagellatus. illusus.
 cōsputus. alapis cesus. velatus facie co
 laphizatus. z spinis coronat⁹. Et hoc
 notat cū dicitur. passus sub pontio py
 lato. Secūda est de christi crucifixione.

Tercia de christi morte. Quarta de se
 pultura. Et quidem ille veritates sunt
 distincte. Probat. q̄ hora matutinali fu
 it passus vsq̄ ad t̄ciam. z hora sexta cru
 cifixus. z hora nona mortu⁹. z hora ve
 spertina sepult⁹. ¶ Itē aduertendū cir
 ca passionem christi. Primo quis patif
 Respondeo dei filius summe bon⁹ Se
 cundo quid z qualia patif. Respondeo
 patitur in rebus exteriorib⁹ spoliatiōem
 quia nudus pependit nec haustū aque
 habuit. In corpore amarissimam affli
 ctionem. Quia a planta pedis vsq̄ ad
 verticē nō fuit in eo sanitas. In aīa ma
 ximam tristitiam. Unde dixit. Tristis
 est anima mea vsq̄ ad mortem. Tertio
 a quib⁹ patif. Respondeo a p̄ncipibus
 sacerdotum z ministris et popularibus
 z a iudeis z gentilibus: p̄s. Quare fref

De simbolo

muerunt gētes: z populi meditati sunt inania. Astiterūt. zc Quarto quare patif. Rñdeo ppter peccata nostra z salutem nostrā. Esa. 53. Propt zel^o populi mei percussi eū Quito quid coegit eū Respōdeo maxima charitas. Apoc. 1. Dilexit nos z lauit nos a peccis nris in sanguine suo. Romān. 5. Commēdat deus suam charitatem in nob. qm̄ cum inimici essemus xps p nobis passus ē: z mortuus iustus pro iniustis. Passus sub pontio pilato. Notandū q̄ christ^o passus est sub yno pilato: nunc autez in membris suis patitur a multis pilatis: **Mat. 27. Qd̄ vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis.** Et ideo charissime: si iniuriose pateris a iudice iniquo: noli murmurare. Sed memento dñm ihm christum passum sub pontio pilato Itē si subditus es: z habes prelatum corruptuz pmentem te contra iusticiam: sis patiens qz ipe est tuus pilat^o. Si mulier es: z habes viz furiosum te peccientes: sis patiens: quia ipe est tuus pylat^o. Si seruus es. z habes dñm impium et crudelēte molestantē. nō mireris. qz ipse est tu^o pylat^o. z sic d̄ alijs. Et oēs isti p̄dicti debēt esse patientes. qz p his tribulationibz habituri sūt magnū p̄miū i celo. **Matth. 5. Bti estis cū maledixerint vob hoies z persecuti vos fuerint: et dixerint omne malū aduersū vos: mētētes p̄t me. Gaudetez exultatez qm̄ merces vestra copiosa est in celis.** Itē sciendū q̄ ponti^o est cognomē ab insula pōti nominatū: h̄ pylat^o est p̄ziū. z erat gētilis z indign^o pane. qz fm̄ Aug^o. Peccator non est dignus pane quo vescat. A quo malo hoie xps ad mortē sententiat^o z iudicat^o. Itē sciendū q̄ **Uincēt^o** in speculo historiali dicit q̄ pylat^o accusatus est in multis a vitellio p̄siede syrie. Et primo de morte omnium innocentiū quos occiderat. z q̄ imagines gentiliū ponebat in tēplo. Itē q̄ pecuniā positā in corbonā redigebat in su-

osylus: inde faciēns aqueductuz in domum suam. Pro his missus est in exilium z ibi in multas incidēs calamitates se p̄pria manu interemit.

De quinto articulo:

Ascendit ad inferna. Itē quī-

Qtum articulū scribit beatus philippus ap̄ls. Circa quez articulum p̄mo q̄rit: quo tempore vel qua hora christus ad inferna descendit: Respōdeo fm̄ **Tho.** q̄ statim qm̄ aia christi fuit a corpore separata: tūc anima christi deitati vnita descendit ad lumbum patris: z mansit ibi ab hora mortis christi que fuit hora sexte ferie nona vsqz ad horaz resurrectionis. z hoc fuit tempus q̄d̄raginta horarum. Quia diluculo diei dominice surrexit. z i eadē hō resurrectionis eduxit eos de lymbō Itē sciendum q̄ anima christi separata fuit a corpore. h̄ deitas mansit cum anima ad infernuz descendente. z etiā cum corpore in sepulchro iacente. Itē sciendum q̄ añ christi passionem fuerūt quatuor receptacula animarum. Primus locus fuit infernus damnatorū in quo est pena sensus z pena damni. i. carentia visionis dei. Ac etiam ibi sunt tenebre exteriores z interiores. i. carentia gratie: z carentia glorie Ad hunc locū christus non descendit. nec ab illo aliquem liberauit **Rō** qz xpi passio nulli p̄dest: nisi sit eius membruz vel fiat p̄ conuersionem. Sed illi in inferno non fuerūt membra christi. nec poterant fieri: quia fuerūt extra statū merēdi: qz nec in illo loco est redemptio: nec pro eis est orādum. Unde beat^o **Aug^o** Si scirem patre meū in inferno: nō p̄larē p̄ eo q̄ p̄ diabolo **Secūdus** locus est lymbus puerorum. id est illoz infantium in peccato originali decedentium. q̄ lymbus est sup̄ infernū z ibi est pena dāni. i. carentia visionis diuine. z nō pena sensus. i. sensibilis pena nō est ibi **Et** t̄st̄ ibi tenebre exteriores z interiores. i. carentia gratie z glorie. Ad illū locū ch̄s

etiā non descēdit nec ab eo aliquē etiam liberauit. Ratio hui⁹: qz illi puuli nō fuerūt capaces grē xp̄i. nec satisfactio ch̄i poterat illis suffragari neqz ad eos extēdi. **Q**z ad illos solū extēdit q̄ ei⁹ membra efficiunt p̄ fidem: vel aliq̄d fidei sacramentum. Sed neutrū illi poterant habere. Tertius locus est purgatoriu⁹ z est sup̄ lymbū pueroz z ibi est pena dāni z sensus ad tps̄ determinatū z finitum. Et sunt ibi tātū tenebre exteriores quia grām habent. Ibi est ignis corporalis in quo aīe illoz qui in hac vita penitentiam suam non impleuerūt affligunt vlt̄ qz ad satisfactōem condignā. **Q**uerit̄. vtz̄ illi qui fuerunt in purgatorio libēti sint. quādo ch̄s descēdit ad lymbuz patrum. Respondeo q̄ non: sed soluz illi q̄ tunc purgati fuerunt sufficienter. vlt̄ meruerūt h̄ q̄ illo tpe. .i. descēsu xp̄i liberari debuissent. **R**ō ē qz passio ch̄i n̄ habuit t̄palē virtutē z trāsitoria: sed sempiternā. Sed pena purgatorij est trāsitoria z t̄palis. z ideo q̄ fuerūt tales quales nūc sunt qui in purgatorio detinentur: non fuerunt a purgatorio liberati p̄ descensum xp̄i ad inferos: Sed solum illi qui tunc purgati fuerunt vel alias hoc meruerunt q̄ tpe descensus ch̄i libera / ri deberent. **Q**uartus loc⁹ z sup̄m⁹ est lymbū sanctorū patrū vbi fuit pena dāni id est carētia visionis diuine z non pena sensus. Et erant ibi pene exteriores sed non interiores. qz oēs isti in gratia fuerūt. Et ad istū ch̄s descēdit z fregit. z sc̄tōs patres inde eduxit. **E**x isto articulo habemus duo documēta. Prīmū q̄ debemus habere spem de dō. quia si illos qui fuerunt in lymbū visitauit: quilibet nostrū potest confidere q̄ nos in tribulationibus nostris non derelinquet. p̄s: **E**um ip̄o sum in tribulatione: eripiam eum: z glorificabo eum. Secundū do cumētū est q̄ debem⁹ animab⁹ pximoz nostroz subuenire. Si em̄ xp̄s descēdit ad inferos: vt suos liberaret. Et nos ex

emplo ch̄i debem⁹ subuenire aīab⁹ per suffragia. **U**n̄ ip̄i clamāt ad nos. **J**ob 19. **M**iseremini mei miseremini mei: saltez vos amici mei.

De sexto articulo.

Etia die resurrexit a mortuis.

Hunc sextum articulum descripsit sanctus thomas apostolus z conuenienter scripsit istum articulum quia i eo prius dubitauerat: z d̄ eo plene certificatus fuit. sicut habetur **J**o 1 annis. xx. vbi ch̄stus dicit thome: **I**fer digitum tuum huc z vide man⁹ meas. z affer manum tuam z mitte in lat⁹ meum: z noli esse incredulus: sed fidelis. **U**nde sanctus thomas in tertia parte. q. 54. ar. 4. dicit q̄ sanctus thomas apostolus nō solum vidit vulnera ch̄stī: sed etiam tetigit. **E**t nō tādūz fm̄ **H**enricū de firmaria. Sicut necessariū est nobis credere q̄ ch̄st⁹ mortuus fuit: ita necessariū est nobis credere q̄ resurrexit: qz hoc valet ad subleuatōem spei nostre. quia membris datur spes z consideratione capitis. **Q**z si ch̄stus resurrexit: z nos resurgemus. **S**urrexerit autem resurrectione perfecta q̄ est ad vlt̄ā immortalē. **R**homa. 6. **C**h̄s resurgēs ex mortuis iā nō morit̄.

De septimo articulo.

Scēdit ad celos. seder ad dexte

Rā dei p̄is omnipotētis **H**unc articulū posuit beatus bartholomeus. Et necessariū est credere q̄ ch̄stus quadragesima die celos ascendit. **Q**uia sicut credimus passionem z resurrectionem sic z ascensionem. quia passio accendit nos ad charitatem. resurrectio erigit ad finem. ascensio eleuat ad spem. **U**bi considerandum est in isto articulo magnitudo virtutis dei. qz ascēdit in forma hūana cum corpore z anima. z cum vtraqz natura diuina z humana scilicet de monte oliueti qui distat a hierusalem per mille passus. z p̄ntib⁹ apostolis. z cū beatissima virgine maria. et alijs mulie

De symbolo

tribus q̄ secute eum fuerunt a galilea..
Et cū septuaginta duob; discipulis Et
verisimile est q̄ non solum iam dicti p̄n
tes fuerunt in monte oliueti: s̄ etiā mul
ti alij discipuli christi occulti p̄pter merū
iudeoz. vt nicodem⁹. gamaliel Joseph
ab aromathia. ⁊ silēs venerūt in pro/
cessione cū aplis aut alio mō ad mōtes
oliueti vt viderēt ch̄m dñm suum ascen
dere in celum. Dicit enim magister hy/
storiaz q̄ facto prandio in die ascensio /
nis cōgregauerunt se in monte syon xp̄i
discipuli ⁊ exierunt cū p̄cessione in mon
tem oliueti vt viderent christum ascende
re cum potentia magna. Itē sciendum
q̄ christus ascendit gaudens s̄m illud.
ps̄. Ascendit deus in iubilatiōe: nec ip/
se solus gaudebat: sed ⁊ ip̄i om̄es qui fu
erunt presentes. Similiter angelz om̄
nes anime que ab eo de lyngo liberate
fuerunt. videlicet sanctoz patruz p̄be/
tarum patriarcharum: sanctoz innocen
tium. sancti Joannis baptiste. ⁊ illoruz
iustorum qui fuerunt mortui: vel pur/
gati a resurrectione christi vsq; ad ascen
sionem eius. he anime singule cum chri
sto ascenderunt ⁊ fuerunt in maxima iu/
bilatione. Et hoc voluit signare: ps̄. di
cens. Ascendens in altum captiuaz du/
xit captiuitatez. id est illos qui fuerūt ca
ptiu i lyngo inferni ¶ Sedet ad dexte
ram dei. Vbi sciendum q̄ christus di
citur sedere ad dexterā dei omnipoten
tis. quia simul habet cum patre gl̄iam
diuinitatis. beatitudinem ⁊ iudiciariaz
potestatem. Quia s̄m Joannē damas
cenum. Per dexteram intelligitur gl̄ia
diuinitatis. Sed s̄m Aug⁹. Per dexte
ram beatitudo patris ⁊ iudiciaria pote
stas intelligitur. Nam s̄m naturam di
uinam christus cum patre habet om̄ia
p̄dicta equaliter in eadem maiestate. qz
nullus gradus est in diuinis personis.
videlicet q̄ vna p̄sona esset dignior alia
quia sunt per om̄ia equales ⁊ omnino
eque p̄fecte atq; digne. Christus s̄o s̄m

humanam naturam ⁊ s̄m q̄ homo dī
citur sedere ad dexteram patris. id est in
potioribus bonis p̄e om̄ibus alijs san
ctis. Transcendit enim corpus ch̄isti
sua dignitate p̄t est vnitum deitati n̄
solum omnem creaturam corpalem sed
etiam sp̄ialem p̄ter animam suam.
S̄o merito debet ei locus altissimus ⁊
nobilissimus. S̄o dicit Greg⁹. i om̄el.
ascensionis. qui fecit om̄ia sup̄ oīa virtu/
te sua ferebat.

De octauo articulo

Ad e vēturus est iudicāe vīnos
⁊ mortuos. Istum articulu scri
bit bt̄ns Math̄eus. ⁊ mēto qz
quilibet christianus tenet credere futu
rum iudiciū. quia est articulus fidei.
Circa quē articulum querit̄ primo d lo
co iudicij. Respondet q̄ locus extremi
iudicij est vallis iosaphat. Vñd Joelis
3. Adducā oēs gētes in vallē iosaphat
vbi disc̄p̄tabo cū eis. nō tamē purādū
est q̄ christus ad vālem descendat. ⁊ q̄
oēs iudicādos vallis illa recipiat Sed
christus erit̄ i aere in loco eminēti vt ab
om̄ib; possit videri. Et circa eū erit̄ san
cti arcū quaz. ⁊ maligni erunt in terra
vndiq; circa locū iudicij. Secūdo queri
tur: cū quib; christus veniet ad locū iu
dicij: vel ad iudiciū. Respondet q̄ cū
angelz sanctis suis qui tunc erunt in ce
lo: Vñd Mat. 25. Cum venerit filius
hoīs i maiestate sua: ⁊ oēs āgl̄i ei⁹ cū eo
Tertio querit̄. an fiet citatio. Respon
det q̄ sic. ⁊ hec fiet p̄ vocem tube q̄ in ad
uentu iudicis ab omnib; audiet̄. Joh.
5. Venit hora in q̄ oēs q̄ i monumētis
sūt audient vocem filij dei. Er dicit ma
gister i quarto sentētiā dist. 44 q̄ vox
ista erit̄ xp̄i vel alicui⁹ angli. vt plurim
angeloz q̄ ab omnib; audiet̄. et virtute
eius mortui d̄ monumētis exatābūt̄.
Erit̄ em̄ signū valde euidēs ⁊ manifestū
Et ideo vox illa dicitur tuba p̄pter hoc

apostolorū

quæritur valde apta. Et dicitur nouissima. quæ post illam non erit alia. **U**n̄ Ap̄ls. i. **C**or̄. is. **C**anet enim tuba: et mortui resurgent in corrupti. Quam horribiliter autem hec tuba sonet **H**ieron̄. inuit cum dicit. **C**um dormitio siue vigilo siue aliqd fecero: sp̄ illa vox nouissime tube sonat in auribus meis. **S**urgite mortui et venite ad iudicium. **H**ec vox ut dicit **C**hr̄yso. audiet in celo. **E**t tunc videbunt filii hominum (ut ait **L**ucas) venientem in nubibus celi. **I**lluc veniet **i**oannes baptista cum omnibus prophetis et patriarchis. **J**anitor celi petrus cum omnibus apostolis et euangelistis. **S**tephanus cum omnibus qui sunt innocenti sanguine fuderunt pro domino. **N**icolaus et martinus cum omnibus confessis. **K**atharina cum omnibus virginibus. **E**lizabeth cum omnibus viduis. **A**nna cum omnibus coniugatis. **R**egia celi cum omnibus sacerdotibus et religiosis. qui usque ad mortem in eius obsequio permanserunt. **I**te vox huius tube audiet in inferno: ut ait **C**hr̄yso. **E**t tunc lucifer: sathanas asmodeus. beelzebub veniet cum omni exercitu inferni. **I**te audiet vox tube per totum mundum ab oriente usque ad occidentem. et resurgent omnes pariter quorum corpora in terra quiescerunt. **V**eniet illuc **L**ayn. qui propter fratrem suum occidit cum omnibus homicidis. **J**udas cum omnibus traditoribus. **D**ylas cum omnibus iniquis iudicibus. **L**amech cum omnibus adulteris. **A**nania et **z**aphira cum omnibus monachis prociuariis. **A**thalia cum puerorum necatriciibus. **E**t procedet qui bona fecerunt in vitam eternam: **Q**ui vero mala egerunt. in supplicium eternum. **¶** **I**te sciedum quod iste articulus debet nobis incutere timorem magnum. quia de omnibus redditori sumus districtam rationem. **E**ccl̄iast. 12. **C**uncta que sunt adducet dominus ad iudicium. **N**am redditori sumus rationem de omnibus cogitationibus nostris. **U**nde beatus **G**regorius. **S**ic deus cogitationes vniuscuiusque considerat. et cunctos gressus dinumerat. ut nec minutissime cogitationes que apud nos vsu viluerunt eius iudicio indiscussa remaneant. **S**a

piencie. i. **I**n cogitationibus impij interrogatio erit. **I**tem de omnibus verbis **M**athej. 12. **D**e omni verbo otioso quod locuti fuerint homines. etc. **I**tem de omnibus operibus nostris que gessimus in corpore. scilicet de omni gressu. visu. tactu. auditu. et sic de alijs. **A**postolus. **O**mnines nos manifestari oportet ante tribunal christi: ut referat unusquisque prout gesserat in corpore suo: siue bonum: siue malum. **I**tem de rebus temporalibus quomodo lucratus es. quomodo possedisti: quomodo expendisti. **I**tem quilibet de officio et artificio suo. scilicet faber sutor. sartor. pistor. et sic de alijs. **S**imiliter officiales sicut magister ciuium. et sic de alijs. **I**te quilibet de suo statu: siue in statu matrimoniali: siue in statu virginitalis. et sic de alijs.

¶ De nono articulo:

Redo in spiritum sanctum. **E**xpectatis articulis specialiter respicientibus personas patris et filij: nunc accedendum est ad eos qui etiam in trinitate respiciunt personam. videlicet spiritum sanctum. **E**t istum articulum describit **J**acobus minor frater symonis et iude. **E**t merito. quia quilibet christianus tenetur credere hunc articulum. **Q**uia sicut necessarium est ad salutem credere in patrem et in filium: ita et in spiritum sanctum. quia ipse est per omnia patris filio equalis quia est eiusdem essentie cum patre et filio. **E**rgo de necessitate salutis tenetur quilibet christianus credere quod spiritus sanctus procedit a patre et filio. **I**n hoc greci errant qui dicunt quod solum a patre procedit. et non a filio quod est falsum et contra fidem. **U**nde canitur in symbolo **Q**ui ex patre filioque procedit. **U**nde etiam ab apostolo spiritus filij nuncupatur. **G**alat. 4. **D**icit deus spiritum filij sui in corda vestra. si ergo est spiritus filij. utique est a filio. **E**t

De simbolo

ita planum est q̄ p̄cedit ab eo. Itē sci-
endum q̄ sp̄s sanctus ab omnib; est de-
siderandus. Quia per ip̄m uiuificamur
Joannis. 6. Sp̄s est qui uiuificat. nā
qui caret sp̄s sancto: mortuus est. nā sic
sp̄s rationalis necessarius est corpori
vt illud uiuificet. Si enim auferat sp̄i-
ritus in puluerem reuertitur Eodē mō
sp̄s sanctus se habet ad animam. Un-
de ps̄. Auferes sp̄m eorū d̄ deficient Itē
necessarius est nobis sp̄s sanctus. quia
nisi p̄ euz a malo liberamur: z bonū ope-
ramur. Unde Aug⁹. in libro d̄ gratia.
Desiderate auxiliū gratie qua sola oēs
liberamur a malo. sine qua nullū p̄sus
sine cogitando siue uolendo z amando si-
ue agendo facim⁹ bonū.

Co decimo articulo.

Sanctā ecclīaz catholicā Hūc ar-
ticulū descripsit b̄n̄s symō q̄ dī-
ct⁹ ē chananē frat̄ Jacobi mī-
noris z sanguinē saluatoris. Sciēdū
q̄ ille articul⁹ sic intelligit̄. i. credo in spi-
ritum sanctum ecclīam catholicā san-
ctificantem. Itē sciēdū q̄ ecclīa. i. con-
gregatio fidelū z q̄libet hō ī gr̄a existēs
est mēbr; ecclīe z xp̄s est caput. Unde
Ephesi. 5. Ut est caput mulier; sic xp̄s
est caput ecclīe. Et illi⁹ corporis anima
est sp̄s sanctus. quia sp̄s est qui uiuifi-
cat. Itē sciendum q̄ fides catholica ē
vna quod patet ex hoc. quia omēs ch̄i-
ani p̄cedentes z sequentes vnā ha-
buerūt z habebunt fidem. Ut dicit̄ li.
ij. sententiaz. distin. 35. Nam p̄cedētes
christiani illa credebant futura que nos
credim⁹ p̄terita. vtputa ip̄i credebant
explicitē vt̄ ip̄sitate filiū dei nascitur; pas-
suz; mortuz; resurrectuz; celū ascēsuruz;
hec oīa credim⁹ it̄a facta sēz filiū dei icar-
natū. passum. zc. Bern̄. Multū aū sal-
uatoris aduētū deū oīp̄ orētē timētes et
diligētes sue salut; gratissimū p̄missorē
credētes ī p̄missione fidelē: sperātes cer-
tissimum redemptorem. in hac fide z ex-
pectatione saluati sunt. licet quando z q̄

li z quo ordine salus rep̄missa fuerit
ignorarent. Igitur ecclīa dicit̄ vna ex-
tra quam nullus saluatur: z intra quam
nullus damnatur: Hoc figuratū ē ī ar-
cha noe in qua omnes qui fuerunt sal-
uabantur: z omnes qui extra eā fuerunt
submergebantur. Igitur periculosum
est ualde extra ecclīam esse. P̄scindit̄
aū quis ab ecclīa tripl̄r. Primo p̄pter
qd̄cumq; p̄cēm mortale. q̄ licet peccato-
res sint de ecclīa quantum ad numeruz
propter christianitatis signaculum z ca-
racterem: quem in baptismo consecuti
sunt: tamen non sunt uiui q̄ntum ad me-
ritum. Scdo p̄pter heresim. Tertio p̄pter
excomunicatiōem. Qui in aliq̄ p̄dictorū
scient̄ mortu⁹ esset nō esset cū fidelib; se-
peliend⁹. nec esset p̄ eo orādū nec aliq̄d
sacrificium offerendum. **C** Scdo ecclīa
dicitur sancta. Hoc dicitur ad disse-
rētā ecclīe malignātū q̄ nō est c̄ta: s̄ p̄-
uersa. ps̄. Odi ecclīaz malignātum.
Sed ecclīa catholica est sancta z pura
que quidem sanctitas attendit̄ ad simi-
litudinē ecclīe materialis que cū p̄secrat̄
lauat̄ z iungit̄. Sic fideles loti sunt ī vir-
tute illius aque que exiit de latere ipsi-
us christi. cuius virtute sēz passionis xp̄i
baptismus z alia sacramenta virtutem
habent. Itē fideles xp̄i unguunt̄ uncti-
one sp̄ali. hec aū unctio est sp̄s sancti
gratia. Simile est de hoīe: sicut de ac-
re. in die em̄ sp̄ est claritas nisi superueni-
at nebula: sic in anima hominis semper
est gratia sp̄s sancti: nisi ipsam expellat
p̄ immūditā p̄ccati. Dēdignat̄ ei sp̄i-
tus sanctus cū immundicia habitare iu-
xta illud. Que communicatio luc; ad te-
nebras. Et dicitur sancta. q̄ de⁹ eaz in-
habitat. ps̄. Dñe domū tuaz decet san-
ctitudo. Ap̄ls. i. Col. ij. Nescitis quia
templum dei estis. Luc. Templū dei ī-
ter vos est **C** Tertio d̄r catholica. i. vni-
uersalis. Primo q̄ntū ad locū. q̄ p̄ totū
mundū predicat̄. Roman. i. Fides p̄a
annunciat̄ in yn̄i uersa t̄ra. ps̄. In oīm

tertia exiit sonus eorum. Secundo quantum ad sexum. quia nullus abicit sine sit iuuenis sine senex. sine masculus. sine femina. Tertio quantum ad tempus. quia omnes fideles qui fuerunt a principio abel iustitiam qui usque ad finem mundi erunt: hos continet ecclesia et durabit ipsa etiam usque ad finem mundi. Quia regnum ecclesie est firmissimum. ex quo non est subuersum per tyrannos. scilicet ne ronem. dyoclecianum. arrium. iulianum qui fortissime impugnaverunt ecclesiam. et conati sunt eam exterminare. Sed quanto plures illos fideles martyrisauerunt: tanto plures multiplicati sunt. sicut filii israel a pharaone oppressi plus fuerunt multiplicati: Exo. i. Immo nec antichristus prevaleret aduersus eam. scilicet eam ex toto exterminando. Unde mat. xxvij. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. sed post consummationem tunc remanebit in celo. Sed etiam ecclesia sancta diuisa est in tres. Una est in mundo. alia in purgatorio. tertia in celo. et hoc designatur in diuisione hostie que in tres partes diuiditur in missis sacerdotum.

De undecimo articulo. Sanctorum communionem remissionem peccatorum. Hunc articulum secundum Henricum de sirma. posuit Judas tadeus frater symonis et iacobi. Pro quo sciendum quod sanctorum communicatio est bonorum spiritualium per sanctos a congregatione congregatio. Unde inter alia que sunt nobis credenda etiam specialiter est credenda communicatio sanctorum in ecclesia. Nam omnes peccatores existentes sine peccato mortali participes sunt omnium bonorum que fiunt in ecclesia per quodlibet membrum ecclesie. Sicut si candela accendatur per aliquo specialiter: omnes qui cum illo sunt beneficii candele percipiunt: nisi in visu impeditur: scilicet obstaculo peccati mortali quod obtenebrat intellectum et inficit affectum. Iuxta illud psalmi. Participem me fac deus omnium timentium te. Ratio autem quare communia sunt bona ecclesie est

